ignis. [2] et habebat in manu sua librum apertum. et posuit pedem suum dextrum super mare sinistrum autem super terram [3] et clamauit noce magna sicut leo fremuit. [4] Et cum clamasset locuta sunt septem tonitrua uoces suas. Et que locuta sunt septem tonitrua eram scribturus. Et audiui uocem de celo dicentem. Signa que locuta sunt septem tonitrua et ne ea scribseris. [5] Et angelum quem uidi stantem super mare et super terram: sustulit manum suam dextram in celum [6] et periurauit per uiuentem in secula seculorum amen qui creauit celum eius uerbo et terram et que in ea. et mare et que in eo. quoniam tempus iam non erit [7] sed in diebus uocis septimi angeli cum ceperit tuba canere. Et consummatum es misterium dei ut euangelizauit per suos prophetas. [8] Et uocem audiui e celo angeli dei loquentem et dicentem. Uade accipe librum apertum qui est in manu angeli stantis supra mare et supra terram. [9] Et habii ad angelum dicens da michi librum. Et dicit michi accipe et comede illum et amaritudinem uentri tuo faciet. et in ore tuo erit dulce sicut mel. [10] Et accepit librum de manu angeli et comedi illum. Et fuit in ore meo sicut mel dulce. Et cum comedissem eum repletus est uenter meus amaritudine. [11] Et dicit michi. Oportet te aduentum dñi predicare in populis et linguis et gentibus et regibus multis. **11** [1] Et data est michi arundo similis uirge et stabat angelus dicens michi. Surge et metire templum dei et altare. et adorantes in eo. [2] Et atrium quod est foris templum exclude foras et ne eum mensus fueris quoniam datum est gentibus calcari ciuitatem sc̄am et calcabunt mensibus quadraginta duobus.

INCIPIT STORIA ELIE ET ENOC SIUE LEGIS ET EUANGELII

[3] Et dicam duobus testibus meis et prophetabunt dies mille docentos nonaginta amicti ciliciis. [4] Hii sunt due olliue et duo candelabra qui in conspectu dñi terre stant et si quis eos uult ledere ignis exiet ex ore eorum

[4] scripturus *txt* 2 scripseris *txt* 2 [6] iurauit *txt* 1 *om.* eius uerbo *txt* 2 et que 1°: atque *txt* 2 [7] es: est *txt* 2 [8] e *dedimus:* et *txt* 1, de *txt* 2 *om.* dei *txt* 2 [9] abii *txt* 1 da: ut daret *txt* 2 *et txt* 1 *secundis curis* sed in ore *txt* 2 [10] accepi *txt* 2 [11] aduentum dñi *txt* 1 *sed ipse erasit, om. txt* 2
[1] metere *txt* 2 [2] calcarunt *txt* 1 [3] dabo *txt* 2 amicta *txt* 1 [4] oliue *txt* 2

et deuorauit inimicos eorum. [5] Et si quis uoluerit ledere sic eum oportet occidi. [6] Hii abent potestatem claudendi celum ne imbrem pluat in diebus eorum prophetie. Et abent potestatem in aquas uertere eas in sanguine. et percutere terram in omni plaga quocienscumque uoluerit. [7] testimonium falsum uincet eos et occidet eos. [8] Et corpus testium in platea ciuitatis magne proicientur. [id est illius ecclesie que uocatur spiritaliter sodoma et egeptus : ubi et eorum dominus cruci fixus est.] [9] Et uident ex populis et tribus et linguis et gentibus corpora diebus tribus et dimidium et corpora eorum non permittunt poni in monumentis. [10] Et habitantes terram gaudent super eos et epulantur et munera inuicem mitent quoniam his duo prophete cruciauerunt habitantes terram.

INCIPIT DE EOSDEM TESTES STORIE

[11] Et post tres dies et dimidium sps uite a deo intrauit in illos. Et steterunt super pedes suos. et timor magnus cecidit super uidentes. [12] Et audiui uocem magnam dicentem. ascendite huc. Et ascenderunt in celum in nube. Et uidebunt inimici eorum. [13] Et in illa ora factus est terremotus magnus. Et decima pars ciuitatis cecidit : et occisa sunt in terra mota nomina uirorum septem milia. Et ceteri timuerunt et dederunt claritatem deo celi. [14] Ue secundum abiit : quod sequitur tercium ue.

INCIPIT VII^{a} TUBA QUOD EST RESURRECTIO OMNIS CARNIS

[15] Et septimus angelus [in quo finis erat] tuba cecinit et facte sunt uoces magne in celo. factum est regnum dñi nri ihu xpi et regnauit in secula seculorum. Amen.

EXPLICIT

[4] inmicos (*sic*) *txt* 1 [6] habent *txt* 2 >prophetie eorum *txt* 2 habent *txt* 2 [7] test. falsum : Et *txt* 2 [8] corp. testium : corpora *txt* 1 id est illius ecclesie *txt* 2, *om. txt* 1 ; *praeterea non litteris rubricis* id est il. ec. . . . fixus est *scripsit txt* 2 *ex quo uncis inclusimus* egiptus *txt* 1 >dns eorum *txt* 1 [9] corpus eorum *txt* 2 premittunt *txt* 2 [10] gaudebunt *txt* 1 epulabuntur *txt* 1 mittent *txt* 1 hii *txt* 1 [12] uidebunt : +eos *txt* 2 [14] tercium ue : + ecce ue tercium uenit cito *txt* 1 [15] *om.* in quo finis erat *txt* 1

16 [Et uiginti quatuor seniores qui in conspectu dei sedent in tronis suis : ceciderunt in facies suas et adorauerunt 17 dicentes. Gratias tibi agimus dñe ds omnipotens. qui es : et qui accepisti eras. quoniam accepisti uirtutem tuam et regnasti. 18 et gentes irate sunt : et uenit ira tua et tempus quo de mortuis iudicetur.]

EXPLICIT LIBER QUINTUS

INCIPIT LIBER SEPTIMUS (sic)

19 Et apertum est templum dei in celo et uisa est archa testamenti in templo eius. et facta sunt fulgura et uoces et tonitrua et terremotus et grando magna. Et uidi ascendentem bestiam de abisso.

INCIPIT MULIER ET BESTIA

12 1 Et signum magnum uissum est in celo. mulier sole et luna sub pedibus eius et in capite eius corona stellarum duodecim. 3 Et uisum est aliud signum et draco roseus magnus habens capita septem et cornua decem. Et super capita [eorum] septem diademata : 4 et cauda eius trait terciam partem stellarum celi. et misit eas in terra. Et draco stetit in conspectu mulieris future parere ut cum peperit natum eius occidat. 5 Et genuit mulier filium masculum qui pasturus est omnes gentes in uirga ferrea. Et filius eius raptus est ad dm et ad tronum eius. 6 Et mulier fugit in eremum ubi habet locum paratum ad deo. ubi eum pascant dies mille docentos nonaginta.

7 Et factum est bellum in celo. Micahel et angeli eius pugnare cum drachone. Et draco pugnauit et angeli eius. 8 Et non ualuerunt. neque

16,17,18 *om. uersus hos txt* 1 17 accepisti 1° *erasit ipse* 19 >bestiam ascend. *txt* 1
1 uisum *txt* 1 mulier : +amicta *txt* 2 duodecim : +Et in utero habet clamat parturiens cruciabunda parere *txt* 1 3 et draco : in celo ecce draco *txt* 1 *et secundis curis txt* 2
4 comedat *txt* 2 *et txt* 1 *secundis curis* 5 >raptus est filius eius *txt* 1 6 a deo *txt* 1 ubi : ut ibi *txt* 1 eum : eam *txt* 1 ducentos *txt* 1 7 michael *txt* 1 preliabantur *txt* 1 dracone *txt* 2 pugnabat *txt* 1

locus eorum. inuentus est amplius in celo. [9] Et expulsus est drago magnus anguis anticus qui dicitur diabolus et sathanas seducens orbem : expulsus est in terram et angeli eius cum eo expulsi sunt. [10] Et audiui uocem magnam in celo dicentem. Modo facta est salus đi nostri iħu xp̄i quia confusus est accusator fratrum nostrorum qui accusat nos die ac nocte. [11] Et ipsi uicerunt eum in sanguine agni. et propter uerbum testimonii eorum non dilexerunt animas suas ut adhuc essent in celo. [12] Ue tibi terra et mare quia descendit ad uos diabolus habens iram magnam sciens quoniam breue tempus habet. [13] Et cum uidisset draco qui exclusus est in terra persecutus est mulierem que peperit masculum. [14] et date sunt mulieri due ale aquile illius magne ut uolaret in heremum in locum suum ubi nutritur illic tempus tempora et dimidium tempus a facie serpentis. [15] Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam uelud flumen ut eam a flumine aufferet. [16] Et adiuuit terra mulierem : et aperuit terra os suum et absorbuit flumen quod misit draco ex ore suo. [17] Et iratus est draco in mulierem : et habiit facere bellum reliquis seminis eius. cum seruant mandata dei et habent testimonium iħu xp̄i. [18] Et stetit super arena maris.

EXPLICIT EXPLANACIO MULIERIS ET DRACONIS

INCIPIT STORIA BESTIE ET EIUSDEM DRACONIS

13 [1] Et uidi ascendentem bestiam de mari habentem cornuam decem : et capita septem. et cornua eius decem diademata : et super capita eius nomina blasphemie. [2] Et bestia quam uidi similis erat pardo et pedes eius sicut ursi : os eius ut leonis. Et dedit ei draco uirtutem suam. [3] Et uidi

[9] Et : Sed *txt* 2 draco *txt* 2 antiquus *txt* 2 satanas *txt* 1 seducens : +totum *txt* 1 [10] salus : +et uirtus et regnum *txt* 1 iħu xp̄i *om. txt* 2 confusus *comm*, proiectus *txt* 1 *et* 2 nos : illos *txt* 2 nos :+in conspectu *tantum txt* 1,+ante conspectum dei nostri *txt* 2, *om. comm* [11] et non dilex. *txt* 1 suas : +usque ad mortem *txt* 1 esset *txt* 2 [13] cum : quum *txt* 2 [14] eremum *txt* 2 tempus 1° : +et *txt* 1 [15] uelut *txt* 2 auferret *txt* 2 [17] abiit *txt* 1 bellum : belcum (*sic*) *txt* 1 qui seruant *txt* 1 ihesu xpisti *plene txt* 2

[1] Et uidi ascend. bestiam de mari : *uerba haec deficiunt in txt* 2, *uno folio toto abscisso post Fol.* 104 *propter picturae insignis de adoratione bestiae quam continebat concupiscentiam ut uidetur* cornua : super cornua *txt* 2 *nomen txt* 2 [2] ursi : +et *txt* 1 *sed super lin* suam : +et sedem suam *txt* 2

unum ex capitibus quasi occisum in morte et plaga mortis eius curata est. Et mirata est omnis terra secuta bestia [4] et adorauerunt draconem quoniam dedit potestatem bestie. Et adorauẽrunt bestiam dicentes. Quis similis bestie aut quis potest cum ea pugnare. [5] Et data est ei hos loqui magna blasphemia. Et data est ei potestas facere menses quadraginta duobus. [6] Denique aperuit os suum in blasphemia ad deum plasphemare nomen eius et tabernaculum eius et eos qui celo inhabitant. [7] Et datum est ei facere bellum cum sc̃is et uincere eos. Et data est ei potestas super omnem tribum et populum et linguam et gentem [8] et adorabunt eum omnes habitantes terram. Quia non est scribtum nomen [eius] in libro uite agni ab originem mundi. [9] Qui habet aures audiat. [10] Si quis in captiuitatem uadit: si quis eum in gladio occiderit utique captiuum in gladio occidit. hec est seductio et uirtus sc̃orum.

INCIPIT STORIA TERCIA BESTIA

[11] Et uidi aliam bestiam ascendentem de terra. Habebat cornua duo agni similia. et inter suos agnum se preferebat. Et simulabat speciem iusti hominis et loquebatur quasi draco. [12] Et omnem potestatem prioris bestie faciebat in conspectu eius: et facit terram et eos qui in ea habitant adorare bestiam illam priorem cuius curata est plaga mortis eius. [13] Et facit signa magna ut et ignem de celo descendere faciat in terram in conspectu hominum. [14] Et seducit eos qui in terra habitant per signa que data sunt ei et facere simulacrum bestie sicut habet plagam gladii et uixit. [15] Et datum est ei dare sp̃m simulacro bestie. Et faciet ut quicumque non adorauerint simulacrum bestie occidantur. [16] et facit omnes

[4] >pugnare cum ea *txt* 2 [5] duos *txt* 1 [6] blasphemiam *txt* 1 blasph. *txt* 2
[8] adorabunt *comm.*: adorauerunt *txt* 1 *et txt* 2 Quia *comm.*: Quorum *txt* 1 *et txt* 2
>eius nomen *txt* 1 agni: +occisi *txt* 1 *et secundis curis txt* 2 ab origine *txt* 2
[10] eum: eam *txt* 1, cum *txt* 2 in gladio: gladio *txt* 2 occidit *comm*, occidetur *txt* 2,
occidatur *txt* 1 seductio *comm*, pacientia *txt* 1 *et* 2 sanctorum *plene txt* 1
[11] Et habebant (*sic*) *txt* 2 simulaia (*sic*) *txt* 1 *om.* Et sim. spec. iusti hom. *txt* 1
quasi: ut *txt* 2 [12] *om.* ea *txt* 2 [13] ignem facit de celo descendere *txt* 2
[14] inhabitant *txt* 2 ei et *dedimus*: et *txt* 1, ei *txt* 2 [15] simulacrum *txt* 2

minimos et magnos et diuites et pauperes et liueros et seruos ut dent eis notam super manum eorum dextram aut super frontes eorum. [17] [et ut ne quis possit uendere aut emere nisi qui abuerit notam aut nomen bestie aut numerum nominis eius].

FINIT PERSECUCIO ANTIX̄PI

INCIPIT STORIA DECEM SIGNIS

14 [1] Et uidi et ecce agnus stans in montem s̈yon et cum eo centum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius et patris eius scriptum in frontibus eorum. [2] Et audiui uocem aquarum multarum et sicut tonitrui magni. Et uocem quam audiui sicut citharedorum citharezancium in citharis suis. [3] Et cantant sicut canticum nouum in conspectu troni et in conspectu animalium et in conspectu seniorum. Et nemo poterat dicere canticum nisi centum quadraginta quatuor milia qui emti sunt a terra. [4] Hii sunt qui cum mulieribus non coniuncti sunt. uirgines enim sunt. Hii secuntur agnum quocumque ỳerit. Hii emti sunt ab inicio do et agno. [5] et in ore eorum non est inuentum mendacium. [immaculati sunt.]

EXPLICIT LIBER SIXTUS

INCIPIT LIBER SEPTIMUS

[6] Et uidi alium angelum uolantem in medio [celo] habentem euuangelium eternum ut euuangelizaret habitantibus in terram: et in omni gente et tribu et lingam et populo [7] dicens. Timete dn̄m et date ei claritatem quoniam uenit dies iudici eius. et adorate eum qui fecit celum et terram mare et fontes aquarum. [8] Et angelus secundus secutus est dicens. Cecidit cecidit babilon magna: quia de uino fornicationis eius biberunt

[16] liberos *txt* 2 [17] *totum uersum om. txt* 2 *et comm* [1] et 4°: +nomen *txt* 2
[2] uocem: +de celo sicut uocem *txt* 2 tonitruum agni (*sic*) *txt* 2 [4] ierit *txt* 2
[5] mendacium: +immaculati sunt *txt* 1 *et* 2, *om. comm* [6] *om.* celo *txt* 1 lingua *txt* 2
[7] iudicii *txt* 2 >fontes et *txt* 1 [8] babilon: +illa *txt* 2

omnes gentes. [9] Et angelus tercius secutus est eos dicens in uoce magna. Si quis adorat bestiam et simulacrum eius et acceperit notam in fronte sua [10] et ipse bibet ex uino ire dei [mixti meri in poculo eius]. [[et cruciabitur igni et sulfure [in conspectu angelorum sc̄orum. et in conspectu agni.] [11] et fumus de tormentis eorum [in secula seculorum] ascendet.]] et non habent requiem die ac nocte qui adorant bestiam et simulacrum eius. et si quis accipit notam nominis eius. [12] Hec sustinentia sanctorum est. qui seruant mandata dei et fidem xp̄i.

[13] Et audiui uocem de celo dicentem. Scribe. beati mortui qui in xp̄o moriuntur.

INCIPIT STORIA DE NUBE ALBA

[14] Et uidi et ecce nubem albam et super nubem similem filium hominis habens in capite suo coronam auream et in manu sua habebant falcem acutam. [15] Et angelus exiit de templo clamans in uoce magna sedenti super nubem. Mitte falcem tuam et mette. quoniam uenit ora metendi quoniam matura facta est messis terre. [16] Et misit sedens super nubem falcem suam in terram et messa est terra. [17] Et alius angelus exiuit de templo quod est in celo et ipse habens falcem acutam. [18] et alius angelus [exiuit] de ara habens potestatem super ignem et clamauit uoce magna habenti falcem acutam dicens. Mitte falcem tuam acutam: et uindemia botros uinee terre. cum maturate sunt uue eius. [19] Et misit angelus falcem suam in terram: et uindemiauit uineam terre. Et misit in torcular illum magnum [ire dei]: [20] et calcatum est torcular extra ciuitatem. Et exiit sanguis de torculari usque ad frenos equorum per stadia mille sescenta.

[9] sua: +aut in dextera sua *txt* 1 [10] mixti meri (*sic*) in poc. eius: *om. comm, sed habent uerba haec txt* 1 *et* 2 poculo: +ire *txt* 2 in conspectu angel. sanct. et in conspectu agni *om. comm* [11] in secula seculorum *om. comm* ascendet: saliet (saliere) *comm, sed uerba duplis uncis inclusa minime concordant cum comm et forsitan omittenda sunt* accepit *txt* 2 [12] Hic *txt* 2 pacientia *txt* 2 xp̄i: iħu *txt* 1 *et* 2 [15] Et: +alius *txt* 2 exiuit *txt* 2 *om.* in *txt* 1 mete *txt* 2 [18] exiuit *om. txt* 1 cum: quoniam *txt* 1 [19] >ire dei illum magnum *txt* 1, *om.* ire dei *comm*

INCIPIT STORIA SEPTEM ANGELORUM

15 [1] Et uidi alium signum in coelo magnum et mirabile angelos septem habentes plagas septem nouissimas quoniam in ipsis finita est ira di. [2] Et uidi sicut mare uitreum permixtum igne. et uictorem bestie et simulacris eius. et numerum nominis eius. stantes super mare uitreum et habentes citharas di [3] cantantes canticum moysi serui dei. Et cantant agno. Magna et mirabilia opera tua ds omnipotens: iuste et uere sunt uie tue rex gencium. [4] quis non timeat et clarificet nomen tuum: quia solus es scs quoniam omnes gentes uenient et adorabunt in conspectu tuo quoniam iustificationes tue manifeste sunt.

INCIPIT STORIA TEMPLI APERTI ET DE EISDEM FIALIS ANGELORUM

[5] Post hec uidi et apertum est tenplum tabernaculi testimonii in celo. [6] Et exierunt septem angeli qui habent septem plagas de templo induti linum mundum splendidum et cincti super pectora sua zonas aureas. [7] Et unus ex quatuor animalibus dedit septem angelis septem fialas aureas plenas ira dei uiuentis in secula seculorum. [8] Et impletum est templum dei fumo claritatis dei et uirtute eius. Et nemo poterat intrare in templum quo usque finiantur septem plage septem angelorum.

EXPLICIT LIBER SEPTEM

INCIPIT LIBER OCTAUUS

16 [1] Et audiui uocem magnam dicentem septem angelis. ite effundite fialas dei in terra.

[2] Et habiit primus angelus. et effudit fialam suam in terra. Et factus est ulcus malum et seuum super homines habentes nomen bestie et adorantes simulacrum bestie.

[1] aliud *txt* 2 celo *txt* 1 [2] simulacri *txt* 2 [3] agno: +dicentes *txt* 1 ds omnipotens: dne ds omnipotens ds *txt* 1 gentium *txt* 2 [4] timet *txt* 1 manifestate *txt* 2 [5] templum *txt* 1 [1] uocem: +de celo *txt* 2 [2] ulcus: uicus *txt* 2 nomen: notam *txt* 2 bestie 2°: eius *txt* 1

3 Et abiit secundus angelus et effudit fialam suam in mare. Et factus est sanguis sicut mortui. et omnis anima uiuens mortua est in mari.

4 Et tertius angelus effudit fialam suam in flumina et fontes aquarum. Et factus est sanguis. 5 Et audiui uocem [angelum] aquarum dicentem. Iustus es qui fuisti et futurus es sc̄s: quia hec iudicasti. 6 et quia sanguinem sanguinem x̄ et prophetarum effuderunt. sanguinem dedisti eis uiuere digni sunt. 7 Et audiui aram dei dicentem etiam dn̄s ds omnipotens uere et iuste sunt iudicationes eius.

8 Et quartus angelus effudit fialam suam super solem. Et datum est ei hurere igni. 9 Et husti sunt homines hustione magna. et blasphemauerunt nomen dei habentes potestatem in his plagis: neque egerunt penitentiam ut darent ei claritatem.

10 Et quintus angelus effudit fialam suam super bestiam. Et factum est regnum eius contenebricatum. Et comedebant linguas suas a doloribus suis 11 blasphemantes ex ira dei. Et penitentiam non egerunt.

12 Et sextus angelus effudit fialam suam super illut magnum eufraten: et siccata est aqua eius ut preparetur uie regum eorum qui sunt ab hortu solis.

INCIPIT STORIA DE SUPRADICTAS RANAS

13 Et uidi ex ore drachonis: et ex ore bestie: et ex ore pseudoprophete: sp̄s inmundos quasi rane. 14 sunt enim spiritus demoniorum facientes signa rane: qui exeunt ad reges totius orbis congregare eos in bellum diei magni dn̄i omnipotentis. 15 Ecce uenit ut fur. beatus qui uigilat et seruat uestimenta sua: ne nudus ambulet et uideant turpitudinem eius. 16 Et congregauit illos in locum: qui dicitur ebraice armageton.

5 uocem angelum : angelum *txt* 2 ▪ sanguinem xp̄i : sc̄orum *txt* 1 *et secundis curis txt* 2 8 urere *txt* 2, +homines *txt* 1 10 tronum bestie *txt* 1 *et secundis curis txt* 2 12 super : +flumen *txt* 1 *et secundis curis txt* 2 preparetur uia *txt* 1 13 sp̄s : +tres *txt* 1 17 de templo et a trono *txt* 1 *et* 2 ; de templo a trono *comm* (*duas lect. sine copula coniungens*)

17 Et septimus angelus effudit fialem suam in aerem. Et exiuit uox magna [de templo et] a trono dicens. Factum est. 18 Et facta sunt fulgura et uoces et tonitrua et terremotus factus est magnus. 19 et facta est ciuitas illa magna in tres partes et effudit ei poculum uini ire sue. 20 Et omnis insula fucit. et montes non sunt inuenti. 21 Et grando magna quasi talentum que descendit de celo super omnes. Et blasphemauerunt homines aperte deum xp̄m ex plaga grandinis quoniam magna est plaga eius nimis.

EXPLICIT LIBER OCTAUUS

INCIPIT LIBER NONUS

17 1 Et uenit unus ex septem angelis habentibus fialas: et loquutus est mecum dicens. ueni hostendam tibi dampnationem meretricis magne sedenti super colles multos: 2 cum qua fornicati sunt reges terre et inebriati sunt qui habitant terram de uino fornicationi eius. 3 Et pertulit me in heremum in spiritu.

INCIPIT DE EADEM MULIERE ET BESTIA

Et uidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam omnium blasphemiarum habentem capita septem et cornua decem. 4 Et mulier erat circumdata purpura et croco et adornata auro et lapide pretioso et margaritis et habebat pocculum aureum in manu sua plenum abhominationum et inmunditiarum fornicationis eius. 5 Et in fronte eius nomen scriptum misterium. Babilon magna mater fornicationum terre. 6 Et uidi mulierem hebriam de sanguine sc̄orum et sanguine martirum iħu. Et miratus sum uidens [eam] admiratione magna. 7 Et dixit michi angelus. Quid miratus es. Ego tibi dicam misterium mulieris et bestie portantes eam habentis capita septem et cornua decem. 8 hec bestia est

19 et effudit *txt* 1, et ciuitates gentium ceciderunt et babilon illa magna in mente deo uenit dare *txt* 2 21 *om.* aperte *txt* 2 *om.* xp̄m *txt* 2 1 colles multos: aquas multas *txt* 1, *et secundis curis txt* 2 ‖ fornicationis *txt* 1 3 sp̄u *txt* 2 nominum blasphemie *txt* 1 4 cocco *txt* 2 calicem *txt* 2 5 fornicationum: +et execrationum *txt* 1 6 ebriam *txt* 1 uidens: +eam *txt* 2 *et secundis curis txt* 1 7 portantis *txt* 1 8 hec bestia est *txt* 1, bestia *tantum txt* 2 *et secundis curis txt* 1 et 2° *om. txt* 1

quam uidisti: fuit et non est. [et futura est ascendere de abisso et in perditionem ire]. Et mirabantur qui habitant in terram [quorum non est scriptum nomen in libro uite a constitutionem mundi] uidentes bestiam quoniam fuit et non est et nascitur. [9] Hic est sensus: qui habet sapientiam. Septem capita septem montes sunt ubi mulier sedet super eos et reges septem sunt. [10] Quinque ceciderunt: unus superest et alius nondum uenit. Et cum uenit modicum eum oportet manere. [11] Et bestia que fuit et non est et ipsa octaua est et ex septem est et in perditionem uadit. [12] Et decem cornua que uidisti decem reges sunt. regnum nondum acceperunt sed potestatem quasi regis una hora accipiunt post bestia. [13] Hii unam sententiam habent: et uirtutem et potestatem suam bestie dant.

INCIPIT DE AGNO ET BESTIA SUPERATA

[14] **H**ii decem reges cum agno pugnant et agnus uincet eos quoniam dñs dominorum est et rex regum et qui cum eo uocati et electi et fideles. [15] Et dicit hec bestia quam uides ubi mulier sedet populi et turbe sunt et gentes et lingue [16] et decem cornua que uidisti hii hodio habent meretricem et desertam eam facient et nudam. Et carnes eius comedent et ipsam comburent igni. [17] Deus enim dedit in corda eorum facere sententiam eius: et dare regnum suum bestie usque dum finiatur dicta dei. [18] Et mulier quam uidisti est ciuitas magna. que habet regnum super reges terre.

EXPLICIT LIBER NONUS

INCIPIT LIBER DECIMUS DE DIABOLI CIUITATE

18 [1] **P**ostea uidi alium angelum descendentem de celo habentem potestatem magnum [et] terra inluminata est a claritate eius: et clamauit in forti-

[8] predicationem *txt* 2 [futura est ascen . . . ire] *in rasura* Et mirabantur *scripsit txt* 1 quorum non est scrip . . . mundi *txt* 1 *et* 2, *sed om. comm* nascitur *txt* 2 *et comm;* uentura erit *txt* 1 *et secundis curis txt* 2 [10] superest et *txt* 1, est *txt* 2 [11] ex *om. txt* 1 predicationem *txt* 1, perdictionem *txt* 2 [12] qui regnum *txt* 2 *et secundis curis txt* 1 [15] dicit: +michi *txt* 2 *et, secundis curis txt* 1 [16] facient *om. txt* 1 carnem *txt* 1 [18] est: et *txt* 1 [1] et 1° *om. txt* 2

tudine dicens. [2] Cecidit cecidit babilon illa magna: et facta est habitaculum demoniorum et custodia omnis auis inmunde et anime inquinate. [3] Quoniam ex uino fornicationis eius biberunt omnes gentes: et reges terre cum ea fornicati sunt. et mercatores terre ex uirtute glorie eius ditati sunt. [4] Et audiui aliam uocem dicentem. Exite de ea populus meus nec communicetis peccatis eius et plagis eius ne ledamini. [5] [quoniam] ascenderunt peccata eius husque ad celum. Et recordatus est deus iniquitates eius: [6] reddite ei sicut ipsa reddidit et dupplate duppla secundum opera eius. In poculo quo miscuit miscite illi dupplum. [7] Quantum se clarificauit tantum date ei cruciatum et luctum. Quoniam in corde suo dicit. sedeo regina et uidua non sum: et luctum non uidebo. [8] Propterea in uno die ueniunt plage eius et mors et luctus et ignis. Quia fortis dñs deus qui iudicauit eam [9] et flebunt [et plangent] super eam reges terre qui cum ea fornicati sunt cum uiderint fumum [incendii eius] [10] a longe stantes propter metum [pene] eius dicentes. Ue ue ciuitas magna babilon. ciuitas fortis. quoniam una hora uenit dampnatio tua: [11] et mercatores terre [flent et] lugent super eam quoniam merces eorum nemo emit iam. [12] Merces auri. et argenti. et ferri. [13] et cinami. et omnes unguenti. et frumentum. et iumentum. et peccora. [14] habierunt a te. et amplius ea non inuenies. [15] et mercatores horum qui ditati sunt ab ea a longe stabunt [16] dicentes. Ue ue ciuitas magna induta bissinum et purpura et coccinum et ornata auro et lapide pretioso et margaritas. [17] Quoniam una hora

[2] anime inquinate *comm:* spiritus inquinate (*sic*) *txt* 1 *et* 2 [3] diuites facti sunt *txt* 2 *et secundis curis et txt* 1 [5] quoniam: *om. txt* 2 usque *txt* 2 [6] reddite ei *comm:* reddite illi *txt* 1 *et* 2 reddidit (*sine* uobis) *comm:* +uobis *txt* 1 *et* 2 quo miscuit: commiscuit *txt* 2 [7] clarificauit: +et indeliciabit *txt* 1 Quia *txt* 2 se deo (*sic*) *txt* 1 *et* 2 [8] uenient *txt* 2 ignis: igni concremabitur *txt* 2 *et secundis curis txt* 1 quia iudicabit *txt* 1 [9] et plangent *txt* 2, *sed in rasura* super *scripsit txt* 1 incendii eius *in ras.* a longe *txt* 1 [10] *om.* pene *txt* 1 [11] flent et *in rasura* lugent *txt* 1 [12] argenti: +et lapides pretiosi et margaritarum et bissi et purpure et sirici et coccini et lignum (omne lig. *sec. curis*) cedrinum et bas eburneum et omnem uas ex ligno preciosissimo et eris *txt* 1 ferri: +et marmoris *txt* 1 [13] et cinnamum et tamomum et hodoramenta (odor. *sec. curis*) et unguentum et tus et uinum et oleum et milam et frumentum *txt* 1 peccora: +et equorum et redarum et canum et animarum hominum et poma concupiscentie anime tua *txt* 1 [14] abierunt *txt* 1 a te: +et omnia pinguia et splendida perierunt a te *txt* 1 ea: eam *txt* 1 [16] dicentes: et (*om. txt* 2) flentes et lugentes et dicentes *txt* 1 *secundis curis et txt* 2 margaritis *txt* 1

deserte sunt tante diuitie: et omnis gubernator qui in nauibus nauigat et naute et quodquod mari operatur a longe steterunt [19] et clamauerunt flentes et lugentes. Ue ciuitas illa magna in qua ditati sunt omnes qui habent naues maris ex caritate eius quoniam una horam desertam est. [20] Exultat celum super ea et sancti apostoli et prophete : quoniam iudicabit deus iudicium de illa.

INCIPIT STORIA

[21] Et tulit unus angelus fortis lapidem molarem magnum et misit in mare et dixit. Hoc impetum mittentur babilon illa magna ciuitas et ultra iam non erit. [22] et uox citharedorum et musicorum et tibia canentium et tuba non audietur in ea in te amplius. [23] [et ultra uox sponsi et sponse in ea non audietur in te.] Quoniam mercatores tui erant principes terre. quoniam beneficiis tuis errauerunt omnes gentes. [24] et in illa sanguis prophetarum et sanctorum inuentus est: [et omnium occisorum super terram].

INCIPIT STORIA DE CIUITATE DEI

19 [1] Post hec audiui uocem quasi magnarum turbarum in celo dicentium allelluia. Salus et gloria et uirtus deo nostro est: [2] quia et uera et iusta iudicia sunt eius quoniam iudicabit de meretrice magna: que corrupit terram in fornicatione sua. et uindicauit sanguinem seruorum suorum de manu eius. [3] Et iterum dixerunt alleluia: et fumus ascendit in secula seculorum. [4] et ceciderunt uiginti et quatuor seniores et quatuor animalia

[17] omnis gub.: +omnis *txt* 2 nauigant *txt* 2 quodquod: quod *txt* 2 male *pro* mari *txt* 1 *et* 2 [19] clamauerunt: +uidentes fumum incendii eius. dicentes que similes ciuitati illi magne. et miserunt puluerem in capita sua. et clamauerunt *txt* 2 Ue ue *txt* 2 maris: in mari *txt* 2 carite *txt* 2 una hora deserta *txt* 2 [20] Exultate *txt* 1 iudicauit *txt* 2 [21] lapidem: +quasi *txt* 2 [22] in ea *om. txt* 2 *et secundis curis txt* 1 [23] [et ultra . . . audietur in te] *om. txt* 2 in ea: *om. secundis curis txt* 1 in beneficiis *txt* 2 [24] et omnium occi. s. terram *txt* 2 *sed scripsit in rasura* Finit *txt* 1 [1] hec: +uidi et *txt* 2 >quasi uocem *txt* 2 est *txt* 1, *om. txt* 2 [2] que: qui *txt* 2 [3] fumus: +eius *txt* 1 *post uersum* 3 *txt* 2 *deficit usque ad uers.* 11 *uerss.* 8[b], 9, 10 *erasit antiqua manus uix ipsius scribae et rescripsit ita:* bisso splendido et candido. Bissus

et adorauerunt deum sedentem in trono dicentes amen. et alleluia. [5] Et uox de throno exiit dicens. Laudem dicite deo nostro omnes serui eius: et qui timetis eum pusilli et magni. [6] Et audiui quasi uocem tube et sicut uocem aquarum multarum et sicut uoces tonitruorum magnorum dicentium alleluia. Quoniam regnauit dominus deus noster omnipotens. [7] gaudeamus et exultemus: et glorificemus nomen eius. Quoniam uenerunt nuptie agni et uxor eius preparauit se [8] et datum est illi ut cooperiatur bisso eius splendido et albo. Bissus eius iustificationes sc̄orum sunt. [9] Et dixit angelus. Scribe. Hec uerba uera dei sunt. [10] Et cecidi ante pedes eius ut adorarem eum. Et dixit angelus. Uide ne feceris conseruus tuus sum et unus fratrum tuorum habencium testimonium xp̄i ih̄u. dn̄m adora. Testimonium xp̄i ih̄u sp̄s prophetie est.

[11] Et uidi celum apertum et ecce equus albus et qui sedebat super eum uocabatur fidelis et uerax et iustitiam iudicat et pugnat [12] occuli autem eius sicut flamma ignis et in capite eius diademata habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse. [13] Et uestitus erat ueste adsperse sanguine et uocabatur nomen eius uerbum dei. [14] Et exercitus qui sunt in celo: sequebatur in equis albis induti bissinum album mundum. [15] Et ex ore eius procedit gladius acutus ut in eo percutiat gentes et ipse pascit eos in uirga ferrea. et ipse calcat torcular uini indignationis ire dei omnipotentis. [16] Et habet uestimentum et super femur suum nomen scriptum rex regum et dn̄s dn̄orum.

INCIPIT STORIA ANGELI STANTIS IN SOLE

[17] Et uidi angelum stantem in sole: et clamauit uoce magna dicens omnibus auibus qui uolant in medio celi. uenite congregamini ad cenam dei [18] ut

enim iustificationes sc̄orum sunt. Et dixit michi. Scribe: beati qui ad cenam nuptiarum agni uocati sunt. Et dixit michi. Hec uerba uera dei sunt. Et cecidi ad pedes eius: ut adorarem eum. Et dixit michi. Uide ne feceris. Conseruus enim tuus sum et fratrum tuorum habencium testimonium ih̄u: đm adora. Testimonium enim ih̄u: sp̄s prophetie est.

In uerss 11–16 *txt* 1 *deficit uno folio abscisso*

[14] induti bissinum: indutibis sinum *MS*

[17] cenam: +magnam *txt* 2

manducetis carnes regum : et carnes tribunorum. et carnes fortium. et carnes omnium liberorum et seruorum et pusillorum et magnorum.

INCIPIT DE BESTIA ET REGES TERRE

19 Et uidi bestiam et reges terre et exercitus eorum congregatos facere bellum cum sedentem in equo aluo et cum exercitu eius. 20 et adprehensa est bestia et cum illo pseudoprophete et qui fecerunt signa in conspectu eius in quibus seduxit accipientes notam bestie et adorantes simulacrum eius [uenientes missi sunt in stagnum ignis ardentis in sulphure] 21 Reliqui uero occisi sunt gladio sedenti super equum exeunte de ore eius. et omnes aues saturati sunt de carnibus eorum.

INCIPIT DE ALIO ANGELO

20 1 Et uidi angelum descendentem de celo habentem clauem abissi et cathenam magnam in manu sua. 2 Et tenuit drachonem anguem anticum. qui est diabolus et sathanas. et ligauit eum annis mille. 3 et misit eum in abissum angelus et signauit super eum usque dum finiantur ne seducet amplius gentes : usque dum finiantur mille anni. Post hec opportet eum solui modico tempore.

INCIPIUNTRONI ET ANIMAS OCCISORUM

4 Et uidi tronos et sedentes super eos et iudicium datum est eis. et uidi animas occisorum propter testimonium ihu et propter uerbum dei. et quicumque non adorauerunt bestiam neque immaginem eius et non acceperunt notam super frontem suam. aut super manum suam uixerunt et regnauerunt cum xpo mille annos. 6 Beatus et scs qui habet partem

18 fortium : + et carnes equorum sedentium (*sic*) super eos *txt* 2 19 in equo aluo *txt* 2 *et comm:* super equum *txt* 1 20 pseudpropheta qui *txt* 2 uenientes . . . in sulphure *non concordat comm cum hac lectione* uenientes : hii duo uiuentes *txt* 2 21 gladio : in gladio *txt* 1 saturate *txt* 1 1 angelum : + alium *txt* 1 2 et anguem *txt* 1 *secundis curis* 3 angelus *txt* 1, *sed erasit corrector* usque dum fin. 1° *txt* 1, *sed erasit ipse* oportet *txt* 2 soluere *txt* 2 4 imaginem *txt* 1 *vers.* 5 *om. txt* 1 *et* 2 *et comm, supplevit in mg corrector secundum textum Hieron*

in resurrectione prima. in eis [secunda mors] non habebit mors potestatem. Sed erunt sacerdotes dei et xp̄i eius et habitauit cum eis sanctus sp̄s. *Finit storia.*

INCIPIT DI SOLUITIONI DIABOLI., ET DE CUSTODIA SUA.,

[7] Et cum finiti fuerint mille anni soluetur sathanas de custodia sua [8] et exiet seducere nationes que in quatuor angulos terre gog et magog. Quorum est numerus sicut arena maris. [9] Et ascenderunt in altitudine terre. Et circumdederunt castra sanctorum et dilectam ciuitatem.

INCIPIT DE DIABOLI BESTIA ET PSEUDOPROPHETA

Et discendit ignis a deo de celo et commedit inimicos suos. [10] Et diabolus seducens eos missus est in stagnum ignis et sulphuris ubi est bestia et pseudopropheta.

[*INCIPIT DE IUDICATIS*]

[11] Et uidi thronum magnum aluum et candidum. et sedentem super eum ante cuius conspectum fugit terra et celum. et locus non est inuentus eis. [12] et uidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu troni. et libri aperti sunt: et alius liber apertus est uite. Et iudicati sunt mortui ex his que scripta sunt in libro secundum opera sua. [13] Et dedit mare mortuos suos. Et mors et infernus dederunt mors tuos. [Et ad mors et infernus missi sunt in stagnum ignis. Hec est mors secunda. qui non est inuentus in libro uite scriptus missus est in stagnum ignis.]

[6] secunda mors non habebit mors (*sic*) *txt* 2, secunda non habebit (*om.* mors 1° *et* 2°) *txt* 1 habitauit *txt* 1: regnabunt *txt* 2: regnarunt *txt* 1 *sec. curis* cum eis sanctus sp̄s: cum eo mille annos *txt* 2 *et secundis curis txt* 1 ▪ gentes *txt* 1 [10] pseudopropheta: +et punietur die ac nocte in secula seculorum *txt* 1 *In uerss.* 11–13 *deficit txt* 1 *folio amisso* [11] eis *comm*, eius *txt* 2 [14, 15] Et ad mors . . . *usque ad* in stagnum ignis *om. comm*, *deficit txt* 1. *Posthac usque ad finem textum lineatim dedimus*

INCIPIT DE IHERUSALEM CIUITATE

21 [1] Et uidi celum nouum et terram
nouam. Primum [enim] celum
abiit et mare iam non est [2] et
ciuitatem sc̄am ihr̄lm nouam [descen
dentem] uidi [de celo] : a deo conpositam sicut
sponsam adornatam uiro suo. [3] Et audiui uo
cem magnam de celo dicentem. Ecce taber
naculum dei cum hominibus habitauit cum
ipsis : et ipsi erunt populus eius et ipse deus cum
eis erit eorum đs. [4] Et absterget omnem
lacrimam ab occulis eorum. Et mors non
erit amplius et luctus non erit ampli
us neque dolor. [5] Et dixit sedens super
tronum. Ecce noua facio omnia. Et dicit
scribe q̄m sermones isti fidelis et ueri sunt.
[6] et inplebo eos. Ego sum alfa et hoc initium
et finis. Ego fidentibus dabo aquam ex fonte
uite gratis. [7] qui uicit possidebit hec et ero
eius đs. et erit meus filius. [8] Timidis autem
et sp̄u incredentibus et execrabilibus et homici
diis et beneficiis et ydolorum cultoribus
et omnibus mendacibus pars erit in stagno
diaboli quod est mors sp̄s ardenti igni et solfure quod est mors sp̄s.

[1] *om.* nouum *txt* 2 enim : *om. txt* 2 celum : +et terra *txt* 2 [2] >uidi descend. *txt* 2, *et pro* descendentem *legimus in hoc uersu* ascendentem *Fol.* 19 *verso, propterea* (*praesertim cum om. comm*) *et* descendentem *et* de celo *uncis includimus* compositam *txt* 2 ornatam *txt* 2 [3] de trono *txt* 2 et hab. *txt* 2 >pop. eius erunt *txt* 2 [4] absterget : +đs *txt* 2 oculis *txt* 2 ultra non erit *txt* 2 neque luc. *txt* 2 non 2° : *om. txt* 2 >neque dolor erit amplius *txt* 2, *et add.* (*repugnante txt* 1) neque clamor que prima fuerunt transierunt [5] Et qui sedebat in trono ait *txt* 2 quia hec fidelissima sunt et uera *txt* 2 [6] et inplebo eos : et dixit michi *txt* 2 hoc : *ω txt* 2 inicium *txt* 2 sicienti *txt* 2 ex fonte : e fonte *txt* 2 [7] uincit *txt* 2 *om.* đs *txt* 2 ipse erit *txt* 2 [8] sp̄u *om. txt* 2 incredulis *txt* 1 et 6° *om. txt* 2 diaboli quod est mors sp̄s *erasit txt* 1 *secundis curis* in stagno ardentem igni et sulphure quod est mors secunda *txt* 2

[9] Et [unus de septem angelis qui septem fialas
habebant] conlocutus est mecum dicens. Ve
ni hostendam tibi mulierem agni.
[10] Et duxit me in spu supra montem altum
et magnum et hostendit michi ciuitatem
sanctum iherusalem [descendentem de celo a deo.]
[11] Luminare eius similem lapidi preciosissimo
Sicut lapidi in modum cristalli [12] et ciuitas illa
sancta iherusalem habet super portas angulos
duodecim. et nomina super scripta que sunt
duodecim filiorum israhel. [13] ab horiente porte tres
ab occidente porte tres. ab aquilone porte tres. ab austro porte
tres. [14] et murus ciuitatis habens funda
menta duodecim et super ea [duodecim] nomi
na angelorum agni. [15] Et qui loquebatur
mecum habebat mensuram arundine au
ream ut mensuraret ciuitatem et portas
eius et muros eius. [16] et ciuitas in quadro po
sita est : et longitudo eius quanta et la
titudo et mensus est ciuitatem stadiorum
duodecim. Longitudo et latitudo eius
equalia sunt. [Muri autem ciuitatis aurum mundum simile uitro mundo.]
[17] Et mensus est murum eius
ex quatuor cubitorum mensura hominis
qui est angeli. [[[18] Et erat structura muri
eius ex lapide precioso. Ipsa uero ciuitas

[9] *om.* unus de septem . . . habebant *txt* 2 locutus *txt* 2 mulierem *comm*, sponsam uxorem *txt* 1 *et* 2 [10] abstulit *txt* 2 >magnum et altum *txt* 2 descend. de celo a deo : *ex uersu* 2 *irrepsisse uidetur* [11] simile *txt* 2 [12] *om.* ciuitas illa sancta iherusalem *txt* 2 duodecim 2° : +tribus *txt* 2 [13] oriente *txt* 2 ab occidente p. t. *post* ab austro p. t. *txt* 2 ab austro p. t. : *om. txt* 1 [14] duodecim 2° : *om. comm* apostolorum agni *txt* 2 [15] arundineam *txt* 2 muros eius : murum *txt* 2 [16] in quadro *txt* 2, quadro *txt* 1 Muri autem . . . mundo *om. txt* 1 [18] *uers. om. txt* 2 *et comm*

auro mundo simili uitro mundo. [19] muri ciui
tatis omne lapide precioso. [21] Et [duodecim]
porte [duodecim] margarite sunt per sin
gulas. Et singule porte sunt ex sin
gulis margaritis. Et plate ciuitatis au
ro mundo et tamquam uitrum perlucidum. [22] et
templum non uidi in ea. Dominus enim ds
omnipotens templum illius est et agnus. [23] Et ciui
tas non eget sole [neque luna] ut luceat
in ea. Nam claritas dei inluminat eam
et lux eius agnus est. [24] Et ambulabunt gen
tes per lumen eius. Et reges terre adferent
gloriam suam in ea]]. [25] Et porte eius non
claudentur [[die et nox ibi non erit.
[26] et adferent gloriam et honorent genti
um in ea. [27] et non intrat omnem inmun
dum in ea et faciens abhominationem
et mendacium nisi scripti in libro uite
agni.]] **22** [1] Ex hostendit michi flumen aque
sicut cristallum exiens trono et agni
[2] in medio plate eius. Ex utraque par
te fluminis lignum uite faciens fructum
[duodecim] per singulos menses reddens
fructum suum et folia igni in curatio
nem gentium. [3] Et languor non erit adhuc
tronus dei et agni in ea erit et serui eius

[19] *uers. om. txt* 2; *ita habet comm.:* et ciuitas auro et preciosis resplendet lapidibus [20] *uers. totum om. txt* 1 *et* 2 *et comm, suppleuit corrector qui sedecem lineas erasit et rescripsit cum additamento* [21] *uers. om. txt* 2; *ita habet comm.:* et quatuor porte eius de singulis margaritis, *et pergit* quatuor porte sunt quatuor uirtutes prudentia fortitudo iusticia et temperantia [22] *uers. totum om. txt* 2 *et comm* [23] *uers. totum om. txt* 2; *om.* neque luna *comm* lux *comm;* lucerna *txt* 1 [24] *uers. totum om. txt* 2 *et comm* [25] *uers.* 25 *om. txt* 2; *ita habet comm.:* et non possunt claudi porte eius [26, 27] *uers.* 26 *et* 27 *om. txt* 2 *et comm* [3] omnis languor *txt* 2

seruient ei. [4] Et uidebunt faciem eius : et nomen eius in frontibus eorum. [5] Et nos non erit amplius. Et non egebunt lumine lucerne et lumine solis. Quo niam dominus deus inluminat eos et habitabit sanctus sp̄s dilectionis cum eis in secula seculorum.

INCIPIT STORIA FINIS HUIUS LIBRI

Et angelus dixit sermones isti fideles et ueri sunt. Et dominus sp̄s prophetarum misit ange lum suum hostendere seruis suis que oportet fieri cito. [7] Beatus qui seruat sermones prophetias libri huius. [8] et cum audissem et uidissem eum cecidi ut ad orarem eum ante pedes angeli qui michi hostendebat hec. [9] Et dicit michi conser uus tuus et unus fratrum tuorum ser uantium sermones libri huius dominum adora. Et dixit michi conseruus tuus. et unus fratrum tuorum. seruantium ser mones libri huius dominum adora. [10] et dixit michi ne signaberis uerba prophe tie [libri] huius. Tempus enim primum est. [11] Qui iniustus est iniuste faciat ad huc et sordidus sordescat adhuc. [12] Ecce

[5] nox *txt* 2 neque lumine *txt* 2 et regnabunt cum eo in sec. seculorum *txt* 2
[10] *om.* libri *txt* 2 *et comm* Tempus enim primum est *txt ; legimus cum additamento in comm* (*Fol.* 96), Quia tempus in proximo est. Qui perseuerauerit inquit nocere noceat. et qui in sordibus est sordidescat adhuc. Et iustus qui est iustificetur ad adhuc. similes et sc̄s sancior fiat adhuc.

uenio cito et merces mea mecum redde
re unicuique sicut opus eius erit. [13] Ego
alpha et hoc primus et nouissimus : ini
tium et finis. [14] Beati qui seruant man
data mea ut sit potestas eorum super
lignum uite. et per portas intrent in ciui
tatem sc̄am. [15] Foris canes et benefici. et for
nicari. et homicide. et idolorum cultores
et omnis amans et faciens mendacium.
[16] ego iohannem misit angelum testificari uobis
hec in ecclesiis. Ego sum radix et genus
dauid stella splendida matutina. [17] et sp̄s
et sponsa dicunt ueni et qui audit di
cat ueni. et qui sitit ueniat et bibat
et accipiet aquam uite gratis. [18] Testor ego
omnem audientem sermones prophetie
libri huius si quis adposuerit ad ea adpo
